
UZVIŠENJE SV. KRIŽA

Nekada znak sramote slavimo danas kao znak trijumfa. Crkva pred nas podiže sveti križ, pobjedno sredstvo našeg spasenja, da ga hvalimo i častimo te da se ponosimo našim raspetim Kraljem. Došao je u poniznosti i trpio, da nas oslobodi od niskosti grijeha. Stoga je bio uzvišen i sjedi s desne Ocu kao kralj svega svijeta (posl.). Njemu se danas klanjamo i molimo ga, da moć njegova križa djeluje i u nama te da nas trpljenjem u ovozemnom životu dovede u našu slavu s njime. Mislimo na to kod svakog križanja i kod molitve anđeoskog pozdrava ujutro, u podne i navečer. Zdravo, križu, nado sva!



INTROITUS   Nos autem gloriári opórtet in Cruce Dómini nostri Jesu Christi: in quo est salus, vita et resurréctio nostra: per quem salváti et liberáti sumus. Ps. Deus misereátur nostri, et benedícat nobis: illúminet vultum suum super nos, et misereátur

ULAZNA   Treba da se hvalimo križem Gospodina našega Isusa Krista, u kome je spas, i uskrsnuće naše; po kome smo spašeni i oslobođeni. – Ps 66. Bog nam se smilovao i blagoslovio nas, pokazao nam svjetlo lice svoje i smilovao se nama! Slava

nostri. Glória Patri.	Ocu... Treba da se...
ORATIO Deus, qui nos hodiérna die Exaltatiónis sanctae Crucis ánnua solemnitáte laetíficas: praesta, quaésumus ; ut, cujus mystérium in terra cognóvimus, ejus redemptiónis praémia in caelo mereámur. Per eúmdem Dóminum.	MOLITVA Bože, koji nas na današnji dan razveseljuješ godišnjom svetkovinom uzvišenja svetoga Križa, podaj molimo, da u nebu zadobijemo nagradu otkupljenja onoga, kojega smo otajstvo upoznali na zemlji. Po istom Gospodinu...
EPISTOLA Fratres: Hoc enim sentíte in vobis, quod et in Christo Jesu: qui, cum in forma Dei esset, non rapínam arbitrátus est esse se aequálem Deo: sed semetípsum exinanívit, formam servi accípiens, in similitúdinem hóminum factus, et hábitu invéntus ut homo. Humiliávit semetípsum, factus obédiens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod et Deus exaltávit illum: et donávit illi nomen, quod est super omne nomen: (hic genuflectitur) ut in nómine Jesu omne genu flectátur caeléstium, terréstrium et infernórum: et omnis lingua confiteátur, quia Dóminus Jesus Christus in glória est Dei Patris.	POSLANICA Čitanje Poslanice bl. Pavla apostola Filipljanima (2, 5–11) – Braćo, imajte u sebi ono isto mišljenje koje je u Kristu Isusu. Budući da je imao narav Božju, nije držao za otimačinu, da bude jednak Bogu. Ali je sebe poništio uzevši narav sluge, postao je sličan ljudima i vladao se kao čovjek. Ponizio je sam sebe postavši poslušan sve do smrti, i to do smrti na križu. A zato Bog njega uzvisi i darova mu ime koje je nad svakim imenom, da se u ime Isusovo pokloni svako koljeno onih koji su na nebu, na zemlji i pod zemljom. I svaki jezik da prizna, da je Gospodin Isus Krist u slavi Boga Oca.
GRADUALE Christus factus	GRADUAL Krist je

est pro nobis obédiens usque ad mortem, mortem autem Crucis. Propter quod et Deus exaltávit illum, et dedit illi nomen, quod est super omne nomen. Allelúja, allelúja. Dulce lignum, dulces clavos, dúlcia ferens póndera: quae sola fuísti digna sustinére Regem caelórum et Dóminum. Allelúja.	postao za nas poslušan sve do smrti, i to do smrti na križu. Zato Bog njega uzvisi i darova mu ime koje je nad svakim imenom. Aleluja, aleluja. Slatko drvo, slatki čavli nose teret slatki taj Samo ti si bilo dostojno nositi nebeskoga Kralja i Gospodina, aleluja.
EVANGELIUM Sequéntia sancti Evangélii secúndum Joánnem. In illo témpore: Dixit Jesus turbis Judaeórum: Nunc judícium est mundi: nunc princeps hujus mundi ejiciétur foras. Et ego si exaltátus fúero a terra, ómnia traham ad meípsum. (Hoc autem dicébat, signíficans qua morte esset moritúrus). Respóndit ei turba: Nos audívimus ex lege, quia Christus manet in aetérnum: et quómodo tu dicis: Opórtet exaltári Fílium hóminis ? Quis est iste Fílius hóminis ? Dixit ergo eis Jesus: Adhuc módicum lumen in vobis est. Ambuláte dum lucem habétis, ut non vos ténebrae comprehéndant: et qui ámbulat in ténebris, nescit	EVANĐELJE Slijedi sveto Evanđelje po Ivanu (12, 31–36) – U ono vrijeme reče Isus židovskom narodu: »Sada je sud svijetu, sad će knez ovoga svijeta biti bačen van. A ja, kad budem podignut sa zemlje, sve ću privući k sebi.« Ovo reče, da najavi kakvom će smrću umrijeti. Narod mu odgovori: »Čuli smo u zakonu, da Krist ostaje zauvijek. Kako ti kažeš, da Sin čovječji treba da bude podignut? Tko je taj Sin čovječji?« Isus im odgovori: »Još je malo vremena svjetlo među vama. Hodajte dok imate svjetlo, da vas ne bi osvojila tama! Tko hoda u tami, ne zna kamo ide. Dok imate svjetlo, vjerujte u svjetlo, da postanete

quo vadat. Dum lucem habétis, crédite in lucem: ut fílii lucis sitis.	sinovi svjetla!«
OFFERTORIUM Prótege, Dómine, plebem tuam per signum sanctae Crucis, ab ómnibus insídiis inimicórum ómnium: ut tibi gratam exhibeámus servitútem, et acceptábile fiat sacrifícium nostrum, allelúja.	PRIKAZNA Štiti, Gospodine, znakom svetoga križa puk svoj od zasjeda svih neprijatelja, da ti ugodno služimo i da ti bude prijatna naša žrtva, aleluja.
SECRETA Jesu Christi Dómini nostri córpore et sánguine saginándi, per quem Crucis est sanctificátum vexíllum: quaésumus, Dómine Deus noster ; ut, sicut illud adoráre merúimus, ita perénniter ejus glóriae salutáris potiámur efféctu. Per eúmdem Dóminum.	PRIKAZNA MOLITVA Prije nego se nahranimo Tijelom i Krvlju Isusa Krista Gospodina našega po kojem je posvećen stijeg križa, molimo, Gospodine Bože naš, da kao što smo zavrijedili častiti križ, tako da zauvijek primimo djelo njegove spasonosne slave. Po istom Gospodinu...
PRAEFATIO DE SANCTA CRUCE Vere dignum et justum est, aequum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine, sancte Pater, omnípotens aetérne Deus: Qui salútem humáni géneris in ligno Crucis constituísti: ut unde mors oriebátur, inde vita resúrgeret: et qui in ligno vincébat, in ligno quoque vincerétur: per Christum Dóminum nostrum. Per quem majestátem tuam	PREDSLOVLJE SVETOGA KRIŽA Uistinu je dostojno i pravedno, pravo i spasonosno, da vazda i svagdje zahvaljujemo tebi, Gospodine, sveti Oče, svemogući vječni Bože: – ti si odredio spasenje ljudskog roda po drvu Križa, da se opet rodi život ondje gdje je nikla smrt, i onaj koji je na drvu pobijedio, bude pobijeđen na drvu po Kristu Gospodinu našemu. – Po njemu tvoje veličanstvo

laudant Angeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Caeli caelorúmque Virtútes, ac beáta Séraphim, sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admítti júbeas, deprecámur, súpplici confessióne dicéntes:	hvale anđeli klanjaju se gospodstva i dršću vlasti. Nebesa i nebeske sile i blaženi serafini zajedničkim klicanjem slave. Daj, molimo, s njima i naše glas primi dok govorimo poniznim hvalospjevom:
COMMUNIO Per signum Crucis de inimícis nostris líbera nos, Deus noster.	PRIČESNA Znakom križa oslobodi nas od neprijatelja naših, Bože naš!
POSTCOMMUNIO Adésto nobis, Dómine Deus noster: et quos sanctae Crucis laetári facis honóre, ejus quoque perpétuis defénde subsídiis. Per Dóminum.	POPRIČESNA Pomozi nam, Gospodine Bože naš, i one koje razveseljuješ čašću svetoga križa, daj i brani njegovom neprestanom pomoću. Po Gospodinu…

Više informacija: http://sites.google.com/site/tradicionalnamisa/

